



# Theses inaugurales argumenti obstetricii

<https://hdl.handle.net/1874/291530>

4

THESES INAUGURALES  
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**IACOBI ISAACI DOEDES,**

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

**WOUTERUS CORNELIUS VAN LOCKHORST,**

ex urbe Monte in Hannonia,

MED. DOCTOR.

a. d. XIV m. Maii, a. MDCCCLXIV, hora VI.



—  
AMISFURTI,

APUD A. H. VAN CLEEFF,

MDCCCLXIV.

THE TREATISE OF OBSTETRIC  
PRACTICE IN TWO VOLUMES

JACOBI ISAACI DOBOSII

PROFESSOR OF THE DOCTORATE

IN THE FACULTY OF MEDICINE AT THE UNIVERSITY OF WURZBURG

WURZBURG



I.

Febris, quae dicitur lactea, non semper sequela est ineptae curae, ut Naegele contendit.

II.

Non facio cum iis, qui perinaei in partu sustentationem supervacaneam habent.

III.

In ruptura perinaei graviori sutura cruenta statim post partum facienda.

IV.

Ostio uteri nondum aperto secale cornutum non est adhibendum.

V.

In leviori quoque pelvis coarctatione ab usu secalis cornuti abstinendum.

VI.

Si in pelvi modice coarctata foetus facies praevia est, versio in pedes instituatur.

VII.

Obstetricatoris digitus est optimum pelvimetrum.

VIII.

Si partus cito terminandus est, dilatatio ostii uteri digitorum ope praeferenda est dilatationi instrumentis dilatatoriis.

## IX.

Symphysiotomia e praxi obstetricia rejicienda.

## X.

Prolapsus funiculus umbilicalis si reponi nequit, partus quam citissime terminandus.

## XI.

In situ foetus transverso versio in caput non suadenda, nisi externis manipulationibus perfici possit.

## XII

Rotatio capitis foetus *in* forcipe non semper sequela est normalis ejus in pelvis cavitate rotationis.

## XIII.

Ad praecavendam perforationem vel sectionem caesaream partus praematurus artificialis optimum remedium.

## XIV.

In primiparis partum praemature provocare raro indicatum est.

## XV.

In tali pelvis coarctatione, quae sectionem caesaream absolute indicaret, abortum provocare licet.

## XVI.

Cephalotripsiae capitis perforatio praecedat.

## XVII.

In secunda et quarta verticis positione melius est caput forcipis ope rotare, quam immutata positione extrahere.